

*NvK an Bernhard von Kraiburg. Er zeigt sich entsetzt über die Haltung des Salzburger Erzbischofs im Streit zwischen NvK und Hz. Sigismund. In Salzburg sei nicht einmal die päpstliche Exkommunikationsbulle veröffentlicht worden, wohl aber die Appellation Hz. Sigismunds. Er setze wenig Hoffnung in die Eidgenossen. Der Papst müsse energisch gegen ungehorsame Kleriker vorgehen.*

*Kopie (gleichzeitig): BERNKASTEL-KUES, StB, Cod. Cus. 221 p. 183. Über dem Text: Domino Bernhardo canonico, missa per fratrem Pirckheimer, xxviii novembris.*

*Deutsche Übersetzung: Scharpf, Cardinal und Bischof I 344-347.*

*Erw.: Jäger, Streit II 139f.; Joachimsohn, Gregor Heimburg 21f; Joachimsohn, Bernhard von Kraiburg 19f.; Meuthen, Besetzung des Thurgaus 8f; Meuthen, Skizze einer Biographie 120f; Becker, Appellation 169; Strack, Thomas Pirckheimer 138.*

Venerabilis domine, amice carissime. Recepit litteras vestras<sup>1)</sup>, et totus in animo consternatus, quando vidi me omni spe privatum. Si enim re<sup>mus</sup> d. Salzburgensis<sup>2)</sup> propter timorem unius miseri et impotentis tyranni dei timorem et proprium honorem negligit, cuius exemplo alii omnes ducentur, ubi manebit ecclesia dei? Ipse iuravit exequi processus apostolicos sine excepcione, et putat non servando iuramentum et dissimulando cum tiranno usque ad destructionem ecclesiastice libertatis posse melius suam ecclesiam conservare. Ridiculum est! Archiepiscopus est, et aliis exemplum constancie tradere deberet, non exemplum inobedientie et negligencie honoris et prestiti iuramenti et fidei. Omne regnum in se divisum desolabitur.<sup>3)</sup> Si summus pontifex vult conservare auctoritatem et libertatem ecclesiasticam et alii pontifices timore perdendi aliqua castra non volunt obedire, ymmo iuxta ewangelium (Qui tecum non est, contra me est.<sup>4)</sup>), contraire. Melius foret, quod non haberent castra ad perdendum quam propter timorem perdendi ea perdant honorem, et ecclesia perdat fidem et libertatem. Quid confert ecclesie universali, quod aliqui pontifices habent castra, quando hoc habere est contra ecclesie libertatem? Quis umquam audivit talia: Tyrannus affigit ad valvas ecclesie Salzburgensis appellationem<sup>5)</sup>, que est pocius famosus libellus contra auctoritatem apostolice sedis et eius obedienciam et catholicam fidem, que ibi manet, in despectum dei et pape. Sed sentencia Romani pontificis, que de iure scripto et mandato Romani pontificis et per prestitum iuramentum deberet publicari et affigi, ibidem occultatur.<sup>6)</sup> Veritas ponitur sub scampno et falsitas in patulo.<sup>7)</sup> Ultra hec archiepiscopus tot mensibus apostolica mandata<sup>8)</sup>, que pontifex non dubitavit fuisse publicata. Nunc primum comperit contrarium in delusione tam solemnis processus pro ecclesiastica libertate decreti. Utinam saltim re<sup>mus</sup> dominus Salzburgensis pro suo honore statim refutasset, que nunc primo refutat! Forte repertus fuisset alias deum timens et suum honorem cunctis preferens.

Scribitis superesse unicam Swicensium potentiam contra Sigismundum.<sup>9)</sup> Parum consolatur nos hec potentia, que non habet pro fundamento nec Christum nec ecclesiasticam libertatem, sed alio respectu principalibus movetur. Sed opus foret habere potentiam inobedientes pontifices cohercendi. Video hoc superesse, quod in ewangelio continetur<sup>10)</sup>, quoniam pontifices faciunt se indignos per inobedientiam, ut ab apostolica sede foveantur. Veniet tempus, quod propterea neccesse erit papam illos

relinquere et convertere se ad impugnatores ecclesiastice libertatis, ut medio illorum compellantur apostolice sedi obedire.

Hec sic utique interne compaciens scribo certum tenens regnum ecclesie penitus oportere desolari, quare in se divisum, non propter spem aliquid posse meis rationibus <sup>35</sup>, immutare, quia scio omnes datos in reprobum sensum et quemlibet, que sua sunt, querere. Ego sive ecclesia Brixinensis vivam, quamdiu deus voluerit, nec perdicio eius me angit, sed quod cum perdicione eius perdi debet omnis ecclesiastica libertas et audacia tyrannis dari. Omnes pontifices, qui in Christi iugo vigilant, eiciendi utique me angit et consternatus sum. Valde fuit tota spes mea in persona vestra, uti ex animo <sup>40</sup> scripsi. Neque ego vidi nec video talia pericula et tales timores, que in constantem caderent. Vos autem, quia melius me videtis, forte melius iudicatis non subire periculum. Valete igitur feliciter. Nichil pape dixi hactenus, sperans d. Thomam Pirckheimer<sup>11)</sup> aliquis profecisse. Rome, xxvi novembris 1460.

---

<sup>1)</sup> Nicht erhalten. NvK hatte Bernhard von Kraiburg zuletzt am 11. August 1460 geschrieben; s.o. Nr. 6288. Als aus Salzburg keine Antwort kam, schrieb NvK am 25. Oktober 1460 nochmals an den Erzbischof; s.o. Nr. 6376. Daraufhin hatte sich Bernhard von Kraiburg offenbar an NvK gewandt.

<sup>2)</sup> Sigismund von Volkendorf, Eb. von Salzburg. Der Papst hatte ihn mit der Administration des Bistums Brixen beauftragt, worauf der Erzbischof nicht reagiert hatte; s.o. Nr. 6294.

<sup>3)</sup> Vgl. Mt. 12,25; Lk. 11,17. Das Bibelwort hatte NvK schon am 25. Oktober an den Salzburger Erzbischof gerichtet; s.o. Nr. 6376.

<sup>4)</sup> Mt. 12,30.

<sup>5)</sup> Die Appellation vom 13. August 1460; s.o. Nr. 6291.

<sup>6)</sup> Die Exkommunikationsbulle vom 8. August 1460; s.o. Nr. 6281.

<sup>7)</sup> Vgl. Mt. 5,14f., Lk. 8,16-18.

<sup>8)</sup> S.o. Nr. 6294 (1460 August 15).

<sup>9)</sup> Zum Vorgehen der Eidgenossen gegen Hz. Sigismund s. zuletzt oben Nr. 6394.

<sup>10)</sup> S. Mt. 5,13.

<sup>11)</sup> Thomas Pirckheimer reiste Ende Oktober 1460 nach Salzburg; s.o. Nr. 6376 Anm. 3.